

*in sentimens de quelques Theologiens de Hollande sur l' Histoire Critique du vieux Testam. composée par. R. Simon p. 126 asseverare haud erubescit: Christum & Apostolos non venisse in mundum, ut Ju- daeos criticam docerent, mirum ergò non esse, si loquantur secundum opi- nionem vulgarem, id quod rectè perstringit Witsius Miscell. Tom. I. p. 115. sqq. vid. omninò Diss. meam de Praadamitismo recens incrustato Cap. 3. §. 13. p. 12. sq. Quodsi enim tremendæ sanctitati divinæ non repugnat, imitari erroneos vulgi conceptus, falsasq; rudis plebeculæ opiniones consuetari, quî vene- rabili adversaretur Numini, Cananæorum Lingvam, quamlibet gentilem, in peculium suum cooptare, hac religionis sacræ secreta pandere, & tamen rudera quæ- dam gentilismi in eâdem farta conservare, atq; more Gen- tilium πολυθεότης errore inquinatum, de se, ut homi- ne, membris instructo corporeis, verba facere, ? Sicci- ne enim Altissimus profano se attemperaret Ethnico- rum genio, illorumq; dicendi flosculos, parum venustos, imitaretur? Verum rapimur ad alia, visuri, num irreligi- osa Clerici cogitata firmo fulta sint tibicine. Sit itaque*

## THEMA II.

### ANTHROPOPATHIAS PERPERAM PRO GENTILISMI VESTIGIIS AGNO- SCI, EDOCENS.

§. I. Innocuæ ἀνθρωποπάθιας mediis instar haud pridem habitæ sunt, quo canam sacrarum literarum majestatem, veritatem, sanctitatem, luxarent, pessum- que ferrent audaces novorum potentorum Parentes. Certè Cartesiani, uti Vitichius in Consensu Cap. 29. §. 632, malefanam suam palliaturi hypothesin, quâ Scripturam secundum

E

secundum